Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

nud moriet Non plangent
non sepelient in sterquilinio super
faciem terre erit et gladio et fa
me consumetur et erit cadauer
eorum in escam volatilibus celi et
bestiis terre Hec enim dicit domi
nus Ne ingrediaris domum qui
uij neque uadas ad plangendum neque
consoleris eos quia abstuli pacem
meam a populo isto dicit dominus
misericordiam et miserationes et
morientur grandes et parui in ter
ra ista non sepelient neque plangen
tur et non se incidet neque calumium
fiet pro eis et non franget inter
eos lugentibus panem ad solandum
super mortuo et non dabit eis po
tum calicis ad consolandum super
patre suo et matre et domum qui
uij non ingredieris ut sedas cum
eis et comedas et bibas quia hec
dicit dominus exercituum deus is
rahel Ecce ego auferam de loco isto
in oculis uestris et in diebus ues
tris vocem gaudij et uocem letitie
vocem sponsi et uocem sponse et
cum annuntiaueris populo huiusmo
di uerba hec et dixerint tibi Ut qua
re locutus est dominus super nos omne
malum grande istum quae nostra in
iquitas et quod peccatum nostrum quod
peccauimus domino deo nostro di
ces ad eos Quia dereliquerunt
me patres uestri ait dominus
et abierunt post deos alienos et
seruierunt eis et adorauerunt eos
et me dereliquerunt et legem me
am non custodierunt Sed et uos pe
ius operati estis quam patres uestri
Ecce enim ambulat unusquisque pe
pratitate cordis sui mali ut
me non audiat Et eiiciam uos de
terra hac in terram quam ignoratis
uos et patres uestri et seruietis
ibi deis alienis die ac nocte qui
non dabunt uobis requiem Propterea
ecce dies ueniet dicit dominus
et non dicetur ultra uiuit dominus
qui eduxit filios israhel de terra
egipti sed uiuit dominus qui eduxi
it filios israhel de terra aquilonis
et de uniuersis terris ad aquas cicu
illos et reducam eos in terram suam
quam dedi patribus eorum Ecce ego
mittam piscatores multos dicit do
minus et piscabuntur eos Et post
hec mittam eis multos uenato
res et venabuntur eos de omni
monte et de omni colle et de cauernis
petrarum quia oculi mei super omni
uias eorum Non sunt abscondite
a facie mea et non fuit occultata
iniquitas eorum ab oculis meis Et
reddam primum duplicem iniquitatem
et peccata eorum quia contaminauerunt
terram meam in morticinis ydo
lorum suorum et abominationibus suis
impleuerunt hereditatem meam Do
mine fortitudo mea et robur meum
et refugium meum in die tribulatio
nis Ad te gentes ueniet ab extre
mis terre et dicent Vere mendacium
possederunt patres nostri vanita
tem que eis non profuit Numquid
faciet sibi homo deos Et ipsi non
sunt dij Idcirco ecce ego ostendam
eis hac uice hac ostendam eis ma
num meam et uirtutem meam et scient
quia nomen michi dominus

Peccatum iuda scriptum est stilo
ferreo in ungue adamantino exaratum super la
titudinem cordis eorum et in cornibus
aratum eorum Sicut recordati fuerunt